

Viro Clarissimo Eruditissimoque

THEOPHILO CORTIO

S. P. D.
Ioannes Guiljelmus Bergerus

Haec a me Crispum, qui venit ad vos,
laud, opinor, paullo melior illo, quo
Schurfleischius gloriarī solebat, me
tamen verecundius dissentiente. Mi-
nam in hac membrana cuncta Salte-
stij extarent. Sed illa, quae desunt,
facile suppletis, tanto Codicum appa-
ratu instructus. Interim gaudebo, si
quid ex hoc ipso, quem submittimus,

ad Te commodi, siquid per Te ad alios,
redundet. Addo exemplum Aldinum,
quod multis locis, ais, ab Te frustra qua-
situm fuisse. De ceteris porro dispiciam, si
Tua interesse putas. Si Sedae meae, cre-
de mihi, dispalatae sunt, neque vel con-
quiri facile vel digeri possunt. Expe-
ctant praeterea limam, expectant aliquid
cultus, ne pannus tam sordidus aliorum, de
quibus commemoras, purpurae assuatur.
Pergratum tamen est, nostra Tibi non omni-
no sordere. Quod promittis exemplum

Sallustij Tui, Saluto, ubi nactus fue-
 ro, pro pignore amoris et incitamen-
 to. Nullum certe tempus referendae
 gratiae dimittam. Tu, valetudine
 integra, bene de Crispo, bene simul
 de literis, merere, et famam nomi-
 nis fortunamque cum meritis exae-
 qua. Vale., Vitenbergae ad Alp-
 him, a. d. xiiii Kl. Februari-
 as, 1511 CC XXIIII

8